terius foro ausus figere , ludi altioris indaginis , qvomodo  
plinam perfectam concinnat sustinere possit? Mea sententia  
secuti deprehenduntur . qvam  
Unam secuti sunt potissimum  
mensam vim graduum elatius naturales investigare  
tione plurium singularium  
cretum. Posteriorem quodam esse , nonnulli me ad  
apud singulas gentes justus sentirent , id demum probra  
bica , infinita & feroci invisa floruerunt , moribus atque audi-  
adversa fronte repugnantibus reliquit diuturni tempora  
do ad nos pervenit. In mercatorum solerti-  
proba invenies , qvi numerosos inveni-  
factent. Tantum abest , usq; legesq; colligere aut animo minime tollit  
nos non debere esse sollicito.

illa qvæ moratores inter populos obseruantur, ex harum collatione posse perfectum aliquod jus Gentium compilari; Sed præterquam qvod & hoc vastæ molis opus est, qvis sincerè judicabit, qvæ gens inter barbaras, qvæ inter cultas sit censenda! Pauci populi Europæi jam humanitatis laudem nobis vindicamus. Cæteros alto supercilio barbarici nomine despicimus. At profectò sunt populi, qvi non minus abjectè de nobis sentiunt, qvam nos de ipsis. Cui ignotum Chinensium de Europæis judicium? Hinc Japonenses in nullâ re se nobis inferiores agnoscunt, præterquam sola imperitia, arma illa ignivoma tractandi. Et ne nobis nostra plus justo blandiantur, fateri cogimur ingenioso aliquo luxuriaz apparatu fortasse plerisq; nos palmam præripere, morum innocentia, qveis vera cultura censi debet, non paucis concedere, qvi barbari nobis audiunt. Ac multi populi, qvi in horridâ illâ morum simplicitate ac paucissimis legibus propè ad brutorum instar degunt vitam, & qve sibi quietam agi fatentur, atq; nobis, qveis tanta legum multitudine cupiditates circumscribuntur. Unde haud absurdè qvis inferat, multas leges, qvæ nobis tanq; per naturam traditæ habentur ad societatem humanam ita absolutè non esse necessarias. Deniq; si hanc viam insistimus, non jus aliquod naturale exstruemus, sed illud penitus eversum ibimus. Vix enim credo dari ullum præceptum juris naturalis, in qvod non impingant publicè approbati, & recepti alicujus gentis mores, qvibus quidem ipsi ita sibi placent ut ceterorum contraria instituta despiciant. Et appositè huc trahi poterit illud historici: Diversæ cupiditates & aliud cuiq; fas, nec qvicqvam illicitum; Id tamen fateor, concinnato semel juri naturali vix decentius ornamentum accessurum, qvam si ad singula qvis capp. annotaverit, qvâ ratione gentes diversæ suas vel temperaverint, vel violaverint. Rejecta itaq; hac methodo ego Mathematicos huc potissimum seqvendos censerem, scilicet, ut immotum aliquod principium, & qvod nemo sanus in dubium vocari ausit, constituatur, ex qvô qvid perpetui & naturalis sit juris, deducatur. Qvale tamen fundamentum invenire non est ita in proclivi. Ad sanæ rationis dictamen provocare qvam maximè plausibile, haçtenus plerisq; est visum. Ast nisi immoto aliquo principio nitamur; qvis arbiter erit, ab utriusq; partibus sana ratio stet? Qvotus qvisq; eruditorum est, qvì ubi aliquem ab opinione sibi probatâ dissentire intellexerit, mente ipsum satis

JURIS RUDEN TIAE JUSTINIANI  
satis constare potest? Et abiecti - habetur ingenii  
stupidis habere. Sed & ille modus non ita faciliter  
do ex merito rationis nostra dicere ita est. Tim  
rium planè nobis sit illicitum.  
tus videtur, ut non de jure natu  
de eo, qvod apud Ebraeos pro  
pressò DEI mandatò derivaret.  
sermo est, duæ videntur institu  
damentis juris naturalis, ubi consideranda ve  
lum in genere immortalitas animar  
es & quantitates personarum  
ritum, poena & similia. Inde  
Specialia juris capita ex dictis  
gnia ornamenta possunt acc  
populorum institutis, & contra  
veto tale opus quam non si  
Ingenium hic requiritur acre  
nibus ne quicquam obnoxius  
qvorum nihil nobis adest.  
eruditis super hanc re sententi  
cia percepit, quo vix utiliu  
terea, cum hic labor totam  
florentiores, et si Vesti similis  
non potest fortunarum nos  
suggerere, ut ne, dum tantum  
lam bona mentis sororem  
fertim, cum jam tum animi  
vorem suum parum dissimu  
sum ire, idq; non tantum ales mū  
gvam quam primum locare  
tiores qvorum aures adulans  
metuunt isti, ne aucupia ipsi  
num illud vulgatum fuerit,  
justū qvid addisci: Qvia tan  
dum absolvero, id qvod invisi  
bōvē

fundamenta juris naturalis meditari, & ipsum quoque Grotium intravat, privatos parietes revocare; nam uti video, talia in publicas cathedras afferre, frustra est, cum pleraque haec subtiliora studia frigeant, & paucissimi talibus rebus capiantur, ideo, quia non capiunt. Nequaquam tamen praeceperit partu mihi quicquam elidere deinceps, sed & semel hic peccasse sufficiat Merito ludibriū cordatis debet, qui non luxuriosissimum sibi spatiū indulget ad consideranda ea, quae ubi semel emanarunt, revocari nequeunt. Et semper mihi displacebunt, qui libros suos ipso sub praetexto in magnitudinem improvisam excrevisse quasi preclarum aliquid facinus, jaegerant, prorsus acsi ceteri omnes fungi essent, ut admirari cogerentur, quae ipsis inter pruriens calami anhelitus exciderunt. Sed jam dudum vereor, ne mea loquacitas patientiam tuam consumserit. Novi equidem isthac nequaquam esse tanti, ut iis legendis gravissimas tuas occupationes interrompere debeas; Malum tamen opportunitatis notam subire, quam ut voluntati tuae, quae apud me imperium vim obtinet, parum prompte videar paruisse. Tu simplicitatem observasti mei benignè interpretaberis, & postquam cetera mihi desunt, animum tibi devotum gratiosè tuo favore dignabere. Benè vale. H. 19.  
Jan. 1663.

Per illuſtr. Generos. addi-  
tissimus

S. P.

## Epistola 4.

H. C.

Illustriſſ. Domine.

**A**Domnes tuas responderam jam studius tertius, cum afferuntur cum P., quas 19. Jan. Moguntiae exarasti. Plenas esse eleganter, si dictiōnēm species, nemo non faciliter judicaverit. Sed indubię quare, quid de rebus ipsis sentiam, quas tractat? Primum itaque iustas arbitror ejus querelas, de iis, qui vulgo jus morale docendum suscepserunt, & tamen omnem illi disciplinæ demonstrandi vim detrahunt. Haud immerito idem de Aristotelis defectu conqueritur. Nolle autem ejus malum causam quoque attulisset. Rebet quoque censet, gentium variarum circa mores & instituta consensum, non esse firmum ejus, quod

E 3

vere

JURISPRUDENTIAE JUSTINI  
verè justum est, cognoscendi placuendiq; principiū  
benē tacet; Dictamen recte ratiōnis non itidem  
Philosophiae principium. Quas tam nonnūlles  
ones, non perinde placent, qvoniā nonnūlles  
cam. Rectius me judice dix:  
generale, convenire scilicet omni  
demonstrationum principia, de  
didisset id P., qvænam ipso judicis  
principia, præsertim cum Hobbesiana nolit prodare  
jam dudum sententiam meam dixi in pub  
cupationum necessitate & multi  
At verò demonstrationes perin  
phiā habere locum, breviter in  
strat. tum altera præmissa Ho  
tem persecutus sum capite 1  
libr. de. civil. Prudent. Qv  
stent talo, & qvare, indicavi a  
gentium sive omnium sive m  
tem duntaxat, non scientiam  
à me ibidem inculcatum. N  
tum in Propol. alibiq; ostendi  
litas civitatis: ita moralis ju  
Hanc verò non posse recte cor  
eāq; humanæ mentis immort  
cretis, qvæ cum Aristoteles  
bus satis firmas demonstrati  
ergo Illustr. Domine, qvam  
rarem. Meo adminiculo  
nio & judicio ) meis tamen  
sci: Tu urgeas illum, qvo  
instituto, ne qvæso defistat.  
guum expectari, non in moriorum  
sed Politica etiam mea Philo  
pulerit. Vale & salve plur.

Epistola 5.

J. H. P.

Illustris. Domine, Mæcenas maxime.

**D**Es scripto P. liberanda est fides tibi obstricta, qvanquam alias excusari in hoc negotio mallem. Sed tuum erit, Illustr. Domine, obsequendi studio audacem venia proseqvi & libertatem benignius interpretari. P. ingenium habile, promptum, ad magna iturum, si modestiam magistram adsciverit, amo & aestimo. Sincerius id quidem candidiusq; qvam hodiè fieri solet. DEUM habeo hujus amicitiam, cujus me adeo non penitet, ut malim de omnibus omnia bona dicere, ipsorumq; dotes liberalius extollere, quam censurâ ad alios exiturâ, uti. Verum tua iussa mihi sanctiora sunt, qvam ut audeam qvicunque de sententia meâ obtegere, certâ spe fretus, te non minus ubi erraverim, daturum, qui si quid recte judicavero, tuâ altiore censurâ & examine ad limam revocaturum esse. Principio ergo mirari subiit, qvod apud te tantum Mæcenate, cui in ratione studiorum nihil ignorantum aut obscurum esse potest, jactantius agere instituit, & quasi sibi primum observata venditat, qvæ publicè nota erant, non dicam anteqvam P.; sed penè anteqvam Theognis nasceretur. Imperitæ juventutis aures crebro his acroamatis demulcentur; sed apud viros graves talis oratio minimè fuerit morata. Hujus generis est, qvod tanquam singulares observations suas ponit: (1) Intolerandum esse, qvod moralibus certitudine qvam vocant Moralis Philosophia tanquam pro aris & focis depugnant. Deniq; inter cives cordatos hac thesis semper certa & firma fuit: Certam hic qvoque & firmam dari sapientiam. (2) Eò pertinet querela de libellis nihil præter undecim virtutum nomina continentibus. Jam olim in Commentario Nepotis moveram istam querelam, qvæ tamen qvo desinat P. valere non potest. Errant enim qui ex talibus libellis habitum v. g. Ethicum comparari posse putant. Sed qui novit cum P. contemnere eos, facile invenit meliores auctores, ultimatius veteres! in qvibus tamen certum est, non tam versatum esse P. qvam jaçit. Constat mihi de eâ re invictis argumentis. Omnibus votis ego optarem, tantam P. cum veteribus Græcis Latinisq;ve contraxisse familiaritatem, quantum ille vult viderijam consecutum esse: Nemo me

JURISPRUDENTIA JUSTINIANEA

me facilè hic decepterit, nimis diu hoc saxum volvi. Et longè alia  
jam vestigia talis peritie extarent, in opere P., si compos esset hujus  
cultatis: quum ne in Grotio quid satis intelligere eum aut assimilare  
svalissimum habeo. Scis Illustr. Domine, melius quam alii verbis  
sunt exprimere, rarissimam hujus decoris, quod verbotenus omni  
fectane, laudem esse. Quid mihi de antiqua Philosophia vendit  
Grecia cum P. perfundorie attigit, qui Aristotelem, Platonem  
non nisi alieno ore loquentes intelligit, qui interpretes ipsorum  
infinita doctrina plenos, qui poëtas cum doctissimis Scholasticis  
omne denique Scriptorum Græcorum genus, ne à limine quic  
caverit? Pauca sunt, quæ de Latinis habemus. At Græcorum  
immensi & inexhausti sunt. Quovis pignore deposito audeat  
P. in aliò orbe erraturum, si huc vocetur, & nimium mihi videtur  
non verecundatur apud Te, Illustr. Domine, qui in luce rerum  
stare ea, de quibus nescit rationem reddere (hæc res misera, &  
simulatio, artibus jauntantibus instruta, plerumque se ut vulgari  
pro matronâ venditat.) Progredior (3) ad commendationem  
de justi injusti scientia fundamentali, quam nihil opus est: V  
bili non est opus suspensâ hederâ. Et hanc cogitationem prir  
P. natam, quam parum eget demonstratione? Et nescio, quoniam  
post Grotii rectissima consilia minus mihi sapient cœtus e  
Grotio sua debere dignantur, & post Homerum Iliada re  
rasse videri volunt. (4) Maximè ingenuum est, quod fa  
Grotio & Hobbesio lecta in ordinem digessisse. Hoc ac  
legi enim perfundorie & loca locis comparavi) ut Elementa  
ras, quid præterea Grotiana habeant, non possint folium illu  
re. Hinc ergo perveniendum est (5) ad unicum illu  
problema: Quid post & supra Grot. vel præstiterit vel p  
In Elementis sane summo studio ambius est, ut Grotiana  
sine ingenio, id enim semper dixi. Sed nec sine amb  
ergo tandem præstit super Grotium? ισωματονοίσει  
doctrinæ, & methodo digessit liberius à Grotiō disposit  
quæri possunt: (1) Si Grotius, ut ipse fatetur in Proleg.  
erat à P. inculcari, non totam Jurisprudentiam naturaler  
exhaustit, sed aliis nobiles partes tractandas reliquit, qui  
mentis P. ea non supplantur, imo ne quicquam (scio & fi

hanc thesin) præter Grotii tradita attulit? (2) Si methodi gloria unicè  
qvæ sita est, an putet P. eam se adeptum! Negabunt hoc illi, qvi non pos-  
sunt Methodum eruditam agnoscere & Mathematicorum exemplis di-  
gnam, in eō qvod in primō locō toties ad sua principia provocat, qvæ u-  
tiq; præmitti debebant, neq; tamen nisi in parte posteriore comparent.  
Quid? qvod contextus (ad σωματικῶν scilicet aptus) in toto opu-  
sculo plurimis dubitationibus locum & causam relinqvit. Nam qvod  
in materia de pœnis ακαίρως utiq; ostendere voluit sē Weigelio &  
mathematica operam dedisse, quale sit, vix inter eruditos dubitabile fuerit.  
(3) An existimet P. Grotio illa principia Ethica (talia enim sunt ignorata  
fuisse, & non potius eum illa in actu exercitu posuisse, qvæ P. in actu si-  
gnato ostendere voluit. (4) Et qvoniā ita se res habet, an hæc Jurispru-  
dentialia naturalis appelletur recte & bona fide? (5) An verò Jurispruden-  
tia rectius illa appelletur, qvæ ex istis moralibus principiis suas conclusio-  
nes per argumenta seu materias sui systematis deducit? ut fecit Gro-  
tius. Haec tenus de eō, qvod præstítit P. Nunc de eō, qvod præstíturus  
videtur. Hic primō mirari subiit, qvod Tibi Illustr. Domine tam o-  
culato judici annumerat tanquam novam methodum ac nunc demum  
provisam, ac in futurō operé adhibendam, qvæ ipsissima est Elemento-  
rum methodus. Brevius dici poterat: utar eā methodo, qva me usum  
esse in Elementis vides. Nescio an me candidius. Deinde evidenter hic  
aliqvæ pleriq;, i. e. posse corpus qvoddam plenum juris naturalis me-  
thodo & ratione concinnari; Sed (memineris olim voti non vani) neq;  
P. neq; Feldenus consummati hujus operis laudem qvi ferant idonei fortè  
fuerint. Cauit in alto recessu, neq; mihi incognitæ. Juro Tibi Illu-  
stris. Domine nemo hominum eō gloria procedet in hoc opere, quo  
præcessit Grotius. Manet, manebitq; incomparabile opus, qvod qui  
ullā in parte superare contendet, is posteris ludibrium debet, imò for-  
taffe (qvod de plerisq; non credo tantum; sed cur credere debeam scio)  
qvam non percepit rationes Grotio meditatas, patefaciet. Hoc ad  
summam qvæstionis pertinere puta. Addam qvæ extra rem accedunt  
(1) Judicium de opere Grotii qvæsi non pleno (monuit ipse ut at. tea dixi)  
& in qvō posuerit pro certis, qvæ dubitationem admittunt, (hoc peraq;  
P. fecit, & ubi Grotiana in dubium vocat haut raro fortiter refelli potest)  
deniq; qvod ingenii humani labem non effugerit. Ergo P. effugiet, qvi  
de liberorum debito erga Parentes cultu penè Cynica impudentia loqui-  
tur,

tur, ne de Polygamia & aliis dicam... Sed id nunc agendum est  
 legatis & JCtis veteribus & novis vel arguendis vel in iudicium vi-  
 dis puto me satis deprehendere vaga & non incorrupta. (3) P.  
 scholasticis parū ad palatū facientibus & scriptoribꝫ cetera consci-  
 itidem alieno iudicio, autoritate suā pronuntiat. (4) De publici  
 dō mathematicorum scilicet à priori & exemplorum sc̄a posse  
 ut nova & nunc observata afferuntur, qz vel Grotius pro-  
 monuerat. (5) Qz de dissensu Gentium capi patet habe-  
 nō sumta sunt, cuius consilium scribendi operis parum dexte-  
 tur. (6) Methodum illam à priori necio an satisfaciēde o-  
 thodo autoritatum & exemplorum. Cum & Grotius ut  
 junxerit & veterum sententias in practicis disjungit, non de-  
 sit. Hoc qvia iustisti & parere decet iussis, si placet meam f  
 C. nostro exanimandam dare, me id non fieri nolente. Di-  
 eissm. & Sereniss. Electorem nostrum & Te sospito. Scrib.  
 Jan. 1663.

J. H.

## Epist. 6.

H. C.

Illustr. Domine,

Cum B. & L. traderentur, hærebam in villa inter ar-  
 spondere illo ipso momento non vacavit. Cum  
 P. literarum novum Apographum, Multis mihi  
 mis ad omnia responsi aliquid accipe. Linstitutum  
 scilicet velit ille promere thesauro Viennensem N  
 plenis instrui de illo thesauro, ne forte hiantes corvi  
 tur qvæso cures indicem tibi mitti MSS. qualis jam  
 Nam expectare L. novas curas fortassis indidem fueri  
 itidem bona fide & semper reddam multum habent  
 non satis perspicio, num petant tantum literas illas, ai-  
 menta P. Hæc nonnisi currente lectione inspexi, neq;  
 bliothecae meam recipi, eodz nihil aliud de iis pronu-

quam placere, quæ lecta mihi sunt & expectare similia de reliquis. Fere quæcavisse olim de Heraclitibus fertur Socrates dixisse, in veterum lectione non perinde versatur P. & semper mihi visus est, immo visus est illorum contemptor, fretus sui ingenii fiducia, & tamen non dubito posse multa ipsum praestare, si ingenii vires intenderet; Plura autem longe præstiturum, si veterum ac recentiorum magis sollicitâ curâ libros volverit, igneus animi impetus temperaverit in circumspectam aliquam moderationem. In postremis video mihi verti vitio ab illo nimium Aristotelis cultum, quod sim sollicitus Aristotelem testem ad omnia pronunciata excitare, ut ab ipso dissentire prope piaculo ducam: quæcavisse inquire quid ille tandem meorum legerit & ubi tale quid observarit. Quid in morali Philosophia Aristotelica Ego desiderem, multis locis aperte indicavi, simulq; haud dissimulavi, quid censem de toto opere Analytico Aristotelico, ne quid de aliis dicam. Majoris à me fieri Aristotelem non miretur; Lectus enim ille mihi est cum curâ, non supinè contemtus, aut more vulgari, quem ipse est sectatus, mihi tritus. Fateor tamen, si abs me alicui id sit commissum, quod ille criminatur, culpam abs me commissam esse. Idem enim in aliis jam dudum improbabvi, studui verò semper ita ab illa alienus esse, ne tamen ex adverso possim merito argui spretæ Aristotelica sapientia. Quam ego meditor Legum lato, prudentiam diversam esse ab illâ juris naturalis prudentiâ suâ, rectè advertit P. Ipsius enim Ethica est mea Politica. De Latoria in scientia formam redigenda vix ante Hopperum quis cogitavit. Itaq; non miror Hopperiana paucos asseqvi. Fortasse dabo illis maiorem lucem. Principium primum illorum, quæ adjustitiam particularē attinent, esse naturam homini socialem, rectè itid. habet P. Reliquarum autem virtutum ibidem sua sunt propria itidem quidē pertinentia ad naturam humanam, sed non in quantum illa socialis. Fac amabo, uti tentatum possit demonstrare fortitudinem virtutem esse, non posita animæ immortalitate. Qvin imo jube demonstret. Naturam humanam ita exigere societatem, ut illi utilitas specialiter præferenda sit, quæ non nisi societaria jura violat, nisi simul penas & præmia defunctis expectanda. Utrumq; si præstiterit, mutabo sententiam. Nec dubites autem illum id non posse, quum ipse S. Paulus disertè agnoscat, miserrimos fore pios quosq; , si nulla sit resurrecio, ideoq; ponat pietatem non esse viam impetrandæ felicitatis, nisi anima fuerit immortalis & defunctis sit beatitudine

**título expectanda.** Nihil tamen hoc illi statim iudicari possit, ubi operam se perdidisse ipsum et senserit: facile autem fuisse ipsius iudicis ingenii acrimoniam. Qvis vero est ille P. collega, de cuius iudicis conqueritur? Vindicat vero sese non male: Verissimum enim est, ut fratri & moralia posse, quantumvis apud populum frustis, tenuere, & ibi sufficiat imperantium authoritas præmissa & patens. Quam sententiam differui in ipsam præfatione ad Vicecum. Similiter non ad Politicum spectat judicare, quid male, quid recte sit de omnibus demonstratum. Nam tantum quæ doctrina publicè in civitate remitti debeat, Politica cura est. Quæ in suis Elementis docunt Præcepta naturali obligatione liberorum erga parentes, ut & de juri bus matrimonii, non sunt mihi lecta. Video autem eadem à B. damnata esse, atque vero nequid habeant improbitas. Legam & judicabo ubi fuerint, si in universum id habendum: pulchram esse Philosophiam, etiam, necessariam tamen scitu non esse, cum habeamus magistrorum, ratione, etores & diviniores, fallere scilicet & falli nescios. Tunc minus si perrexerit in instituto P. rem egregiam prestabit, id quod nomine poteris ipsis affirmare. Mitto libros meos in usum Serenissimi Electoris uno volume compertos, quos ut velis offerre cum obsequiis & tu Propolitica. Nunc sufficerit inspississe isthac. Vale Ihesu Christi & tu Propolitica. Nunc sufficerit inspississe isthac. Vale Ihesu Christi. Domine & ut plurimum salve. Helmstad. 1663. d. 20. Febr.

Illustr. Excell.  
Studioff.

H. C.

### Epistola 7.

J. H. B.  
Illustr. Domine, Mæcenas.

Maximes.

Defoliis nostris propediem plura recipies, P. Epistolam controversiam quidem cum Fabricio callide expediti mulata vera causa ob quam Fabricius publicè censuræ lescriptiones expungi, exponit. In ceteris vult superbi.

videti, i.e. gemina  
gè diversis morib  
& divorciis tem  
pli, ideo repr  
animum met  
to in omnes  
& nequius  
in calcane  
& docti  
bonis  
volur  
dit, a  
ita se  
De l  
est.  
bita

videt, i.e. geminat velut de plaastro injurias in viros innocentes & longe diversis moribus à P. ingenio præditos. Scilicet quæ de Polygania & divortiis temerè, de liberorum adversus Parentes debito impiè scripsit, ideo reprehendent viri graves, quia muliercularum offensiore animum metuunt? Credisne Illuſtr. Domine (oportet enim ut deposito in omnes studio rem ipsam judices) aliquid potuisse impudentius & nequius dici? Tantus hic homo sibi videtur, ut alios cerebrum in calcaneo gestare arbitretur. Vel potestne homo mediocriter bonus & doctus (appello tuam fidem per somnium) quicquam suspicari de bonis viris? Si ad mulierum consilia respiciunt, quoties philosophari volunt, jam quid illud, quod profanissime de parentibus & liberis effudit, ad foeminas seorsim pertinet? Sed & falsum est ex mero jure N. rem ita sepe habere, nisi ex mero jure N. mera velis commenta P. facere. De Polygania scio disputari posse. De divortiis majori cautione opus est. De liberis & Parentibus ne χρη quidem ad minuendam P. improbitatem dici potest. Quod nihil se à bonis Scriptoribus juvari posse in suò instituto scribit, in eò valde mireris, si non cognoscas ingenium a Grotianæ doctrinæ rationibus, i.e. optimis, immane quantum, diversum, & ubi machinam suam absolverit, superest, ut ornatum exspectes ab hoc homine, Grotio longè illustriore. Si socialitas naturæ humanae (utitur hâc voce Plinius) primum P. principium est, primo scire debebat, non ipsius hoc ingenio deberi. Sed Ciceronem in Officiis & alios vel anteqvam Theognis natus esset, omnia juris & officii præcepta ab eâ origine repetivisse. Deinde quærebatur de methodo: si secutus est methodum, quam prioribus literis descripsit, cur postremo loco posuit & post definitions, cum definitions hanc præcedant? Quod Hopperi scientia ab ipso A. tam hypotheseos causa adsumpta sit, nemo dicere aut credere potest, qui Hopperum legit. Itaq; hic quoque nugatur P. Quod eò confidentius possem dicere, (quamquam quid evidenter est verbis Hopperi serio loquentis & serio intelligi volentis) quia scio Hopperum, cum in Galliam venisset, à Petro Gassendo & aliis monitum, ut errores manifestos emendaret, obfirmasse animum, & in notis sua commenta denuo communivisse. Quid clarius? de immortalitate animæ & pœnis, quæ habet P. satis ostendunt eum veram rationem juris (quamquam quia in veteribus hos pes est, Selenus cum docere potuit) ignorare. De Cranis quæ addit non possum satis intelligere, quia puto eum de Propolitica loqui.

Illud miror, qvod tam sec<sup>re</sup> de Hoppero  
catem magni JCti sibi circumdat in rebus  
esse nemo ignorat. Nam qvod ipsum  
biore prosequitur, ea res penè litem  
irasci vacaret. Dixisatis in su  
le ( ita huic Philosophastro per  
mo Philosophorum satis adm  
intemperiem non potuit effuge  
pecora essent, & tantum auctoritate Aristote  
bus. Iterum admiror, qvod  
gnoras Illustriss. Domine illu  
jus Magistri verba, qui intelli  
illis diligenter ignoratis nihil  
rogans & stolidus habebitur.  
est, qvod Te semper & sum  
vore porro digneris. DEU  
nostro Te sospitet, servetq;. S

### Nobiliss. Arca

Judicium de E. sententia  
di jus naturæ protulit.  
de illo sentiam T. An A  
judicii pag. i. dicit, Legg<sup>o</sup> I  
æternæ legis potentia pro  
obligantem, cum ratio bo  
tiam proximam hominies in  
principiorum habitum hoc  
minus recte dicitur nobis idon<sup>o</sup> in

## Epist. 8.

## SOL RESPLENDENS. CAP. II.

4

naturā fieri nequit, ut eadē res nobis insit & potentia & actus simūl. Nam esse actū vel esse potentia (si resp. ejusdem rei sumuntur) sibi invicē contradictoriè opponuntur, adeo ut omne ens vel actū sit vel potentia. Qvod autem per actū, qvi importat ordinem ad potentia definit aliquid esse in potentia vel activa vel receptiva, omnes omnino Metaphysici tradunt. Nec revelat errorem, qvod Author judicij de potentia proxima, non remota, deq; actū primō non secundō loquatur. Nam omnis potentia opponitur actui. Sicut autem duplex est actus, nimirum primus & secundus, ita alia potentia est ad actū primum, alia est ad actū secundū. Quidam illam vocant primam, hanc autem secundam. Nec parvi astimandus est ille lapsus. Notum est inter Philosophos tritam esse quæstiōnem utrum homini actū connascantur quædam notitiae de D E I cultu, & vita honestatis? an vero homini tantum sit congenita quædam potentia seu vis notitias naturales accquirendi & cognoscendi usq; adeo, ut homini nullæ notitiae actū sint congenitæ. Licit hæc duo toto cœlo differant & sibi invicem contradictoriè opponantur, Author tamen judicij ea confundere videtur. Quantum ego E. sententiam percipio, reor eum velle, qvod lex natura humano generi innotuerit per manifestationem seu revelationem seu promulgationem divinam, qvodq; ita semel revelationam illam legem genus humanum per traditionem conservarit & per educationem seu affectuationem ad posteros propagaverit. Unde non obscurè asserit, qvod homo sibi solus relictus nulla rati scire possit, qvid naturæ lex sibi vellet, nisi per revelationem divinam humano generi id fuisse indicatum. Hanc sententiam seu opinionem non tam absurditatis, sed & impietatis nomine insimulat Auctor judicij pag. 12. ita loquitur: Isto fundamento posito tota religio Christiana aut convelli aut saltē in dubium vocari potest. In fine judicij utitur his verbis: Istâ novitate via sternit ad arcaniorem αγένητα & ipsum fidei negotium labefactatur. Hæc ab ipso dicuntur; sed minus probantur, nec ullam video consequentia rationem. Ego arbitror E. sententiâ Religionem Christianam quām maximè corroborari, cum ea ratione redarguantur omnes illi, qvi illam religionem contemporant & omnes revelationes divinas susq; deq; habentes sibi ipsi aliquid religionem ex naturali lumine & dictamine sue rationis fingere volunt. Erroneum etiam est, qvod auctor judicij pag. 21. asserit per E. sententiam tolli necessarium discrimen inter mysteria fidei, ut ea nos trapte ingenio valeamus aseqvī.

Duplici

Duplici enim modo aliquid divinitus revelatum dici potest  
totum revelatum praeclarum ad causam efficientem refertur &  
nis modum determinat, licet res, quae revelatur, in se natu-  
Sic quod oves, quando tempore conceptionis virgas vel  
spectu positas habeant, varios & masculos agnos profer-  
naturalibus, quod tamen Jacobo divinitus revelatum est  
juxta E. est tota lex naturae, cuius principia prima, q[ui]  
collectui humano ita evideus est ut iis illi subjectis no-  
tiri. (2) Revelatum dicitur aliquid quod revelatum non  
sunt Efficientem seu manifestationis modum refertur,  
revelatum denotat, quod sit, quando res revelata est  
eam per solas naturae vires nullus terminus intellectu  
Hujus generis sunt omnia mysteria fidei, in quibus  
manifestationis seu revelationis supra naturam est,  
seu Objectum est supra naturale seu supra captum h[abitu]m  
intellectus evidentiam ejus nulla ratione possit ase-  
ritati revelantis acquiescere. Ergo supranaturalis  
vandus credat in Christum & baptizetur. Hec le-  
ns modum manifestationis, sed & quoad entitatem  
supranaturalis est. Nam et si lex ista ab ipso DEO  
enuncietur, ejus tamen evidentiam non cognoscere  
resurrecturos, tamen istius rei revelatae substanti-  
tem non potest assequi; sed ob infallibilem authen-  
titatem esse futurum; Sed longe aliter res naturali-  
habent. Nam et si ex. gr. haec lex: Quilibet dilig-  
proximum vero juxta se ipsum, seu alteri faciat  
vinitus homini revelatur, quemadmodum Jac-  
larum virginarum in conspectu oviuum positaru-  
potest, quod illa lex cum priori ejusdem sit  
modo manifestandi convenienter, tamen quam-  
turam earum & substantiam quis intueri vel  
Materia seu Objectum in se ejus naturae & cor-  
etu humanae facile percipi & dijudicari possit  
et humanae fidei ejus est conditionis, ut ratio  
dicare nequeat, ideoque tantum credit & fidem

quam oftensum est E. sententiam nomine absurditatum & Impietatis suspectam esse non posse : Videamus num illa ad minimum probabilitatem , cum in ejusmodi rebus mathematica certudo forte locum non habeat . Notum est , quod ex sententiâ Aristotelis intellectus humanus sit instar nudæ tabulae , cui nihil actu sit inscriptum , inscribi tamen possit omne naturaliter cognoscibile , i. e. quod intellectui humano nullæ omnino notitiae actu congenitae sint , sed quod sibi tantum connata habeat aliquam vim & potentiam omnes res naturaliter intelligibiles cognoscendi & dijudicandi , si modo per statem & vires ingenii licet . Hanc sententiam non tantum omnes Philosophi Peripateticici amplectuntur , sed & multi Theologi non minus suspecti , inter quos sunt etiam Jacobus Martini , Hornejus & Musæus , adeoque ista doctrina seu sententia ab omni malâ suspicione liberata merito censetur . Sanè Johann Zeifoldius in Acad. Jenens. Physices Profess. ante paucos annos tribus disputationibus contra Sperlingium defendit illam . Cum autem E. Philosophiam Aristotelicam publicè doceat & profiteatur , verisimile est eum illam , quam dixi sententiam in sinu suo fovere . Auctor judicium autem contrarium statuit & docet homini actu cognosci non tantum principia disciplinarum prima , sed & principiorum habitum . Utramq[ue] opinior vera & falsa sit ? non est hujus loci inquirere , sufficit indicasse E. opinionem quam de modo cognoscendi legem naturæ propositam nisi sententia illa Aristotelica . Ea enim supposita animo sequitur , quod omnes notitiae naturales ad minimum principia prima practica & conclusiones remotè inde deducuntur à quovis homine aliunde sint acquirenda . Si igitur homo omnium notiarum naturalium expertus , prima disciplinarum practicarum principia , quæ sunt universalissimæ propositiones sibi comparare velit , necesse est , ut vel per propriam industriam ejusmodi propositiones constitutas & fabricet , aut ex Magistris , qualiscunq[ue] idem ille sit , ea addiscat : si priori acquirendi modo uti a mat , necesse est , ut terminos , ex quibus ejusmodi propositiones conficeret , probè cognitos & perspectuos habeat & accurate intelligat , quid illi sibi velint & denotent , absq[ue] istâ cognitione præviâ illi impossibile est componere aliquam propositionem , cujus veritati acquiescat intellectus . His positis singamus Titium hominem adultum etatis & exquisitum ingenii ab infancia semper in eremo vitam solitariam vixisse , adeo ut nunquam hominem viderit , aut audiverit si iste Titius (supposito illo

# JURISPRUDENS ET JUSTINIANUS

actu non concuratam esse ullam ratione naturali, sed  
acquirendam). Sibi soli relitus & omni humano & animali  
ciali desititus, sibi ipso velit fabricare hanc unicam rationem  
quam Auctor iudicij toties contra opinionem Evangelistarum docet.  
dus, ejus obtemperandum. Nonne necesse est, ut illa  
ex quibus illa propositione constat, probet debeat cognoscere  
priusquam accedere possit ad constitutionem seu compositionem  
propositionis habere? Credo neminem id negaturum  
tur, unde iste Titius omnium notiarum expressus sit. Sed  
licet terminus DEUS, qui est vel esse debet. Subiectum vero  
quis, quare ille comparetur? Sane si Subiectum non  
illud predicare non poterit, quod illud sit colendum secundum  
dum, necesse est, ut cognoscatur per ipsum DEUS denotari. Illum  
omnia visibilia & per consequens ipsum Titius dependeat, quicquid  
tum actionum bonarum & iustus vindicta malorum dicitur. sed  
est nullum ratione eiusmodi adi propriae etiam ex cogitare potest  
de Titus iste solitarius omnium notiarum expressus sit. Nam  
rerum divinarum hauc ire poterit, cum & inter homines de  
sint qui, indubium vocent, utrum eiusmodi Ens existat? Au  
cit: quod teste S. Paulo ad Rom. I. ex operibus creationis  
conspici posuit Creatoris seu DEI Virtus, Divinitas, Be  
hestas. Sed Resp. Paulum & I. non docere, quod Existens  
tutis cognosci poterit, sed tantum eius virtus & divinitas  
& gloria, quae duo quam maxime differunt: e.g. quod  
in exercitu Assyriorum multa millia hominum in una  
inde intelligitur. Angeli illius Virtus, si modo constat  
illam stragem aliquem fecisse: Sic etiam si constat DEU  
sum & terram & omnes res creasse (qua juxta Eusebium  
tes ex traditione agnoscunt) ex creaturis facile colla  
ria in corruptibilis DEI non sit mutanda in similitudine  
ruptibilis hominis & volucrum vel quadrupedum &  
tura potius, quam Creator coleretur. Non igitur  
mundi probare volebat DEI existentiam; sed tam  
& Majestatem redarguens idolatriam gentilium  
d. Civ. DEI c. 2. & 4.) docet, quod argumentari  
istentiam DEI nihil aliud sit, quam principium p

**U**eritatem non possum  
et Raymundus in  
situm mulier refellit  
Atheos validius a  
natione caularum  
eritiam.

THE END

The Google logo is displayed prominently at the top of the page. It features the word "Google" in its signature serif font, with each letter in a different color: a blue 'G', red 'o', yellow 'o', blue 'g', green 'l', and red 'e'. To the left of the text, there is a partial view of the Google homepage, showing search results for "How to make a website".

Existentiam non posse efficacius probari, quam ex cceli motu circulari.  
At Raymundus (in theol. nat.) illud argumentum à motu circulari p-  
ositum multis refellit tandemq; concludit: Pro existentiâ DEI contra  
Atheos validius argumentum non reperiri quam in existentiali subordi-  
natione causarum efficientium. Sed cum Diagoras & alii concederint  
primam causam in natura esse, sed id esse cœlum putarint, quod Ari-  
stoteles ab aeternâ esse docuit; quare hoc argumentum doctissimo C. non  
satisficit in discursibus ad Grot. de veritate Religionis Christianæ aper-  
te dicit: Argumentum illud parum habere roboris & existentiam DEI  
humano generi non innotuisse nisi per revelationem & ad posteros per  
traditionem illud dogma esse propagatum.

Si igitur homo sibi relictus non nisi ex divina revelatione vel tradi-  
tione, qua revelationem illam custodit, cognoscere potest DEI existen-  
tiā, quanto minus absq;ve illis adminiculis componere poterit propo-  
sitionem illam: DEUS est colendus, eiq; obsequendum. Verum enim  
verò ponamus absq; illa difficultate qvemvis hominum per se ipsum ex  
creatione colligere posse, DEUM esse, attamen si de DEI Providentia  
ipsi non constet, fieri non potest, ut reputet, DEUM esse colendum eiq;ve  
obtemperandum. Non minus absurdè Cic. lib. i. de nat. Deor. dicit:  
Sunt Philosophi & fuerunt, qui nullam habere censerent humanarum  
rerum procreationem Deos: qvorum si vera est sententia, qvæ potest es-  
se pietas? qvæ sanctitas? qvæ religio? si Dñi nos curare nolunt, nec  
nos omnino curant, qvid est qvod illis ullos cultus, honores, vel preces  
adhibeamus? Nec adeo facilis r̄s est, DEI providentiam absq; illa re-  
velatione vel traditione agnoscere. Boëthius l. 4. de conf. phil. proc.  
6. dicit: Rem hanc omnium esse confitit maximam. Tanta autem  
esse difficultatis addit, ut una dubitatione succidat, innumerabiles alia ve-  
lut hydra capita succrescere, nec ullus sit modus, nisi qvis eas vivaci-  
simò mentis igne coereat. Si igitur supponatur homini nullas omni-  
no notitias actu connati, ex dictis qvilibet recte colliget rem esse diffi-  
cillimam, vel unum illud principium; DEUS est colendus, excogitare  
seu confidere absq; Magistri alicujus opera. Nec minor difficultas Ti-  
tio illi solitario occurreret in alijs principiis (qvæ enarrat Auctor judici  
fini pag. i.) excogitandis. Qui enim absq; Magistro scire potest, qvō  
modo ipse in mundum venerit? vel an unquam Parentes haberit? qvō  
autem Parentes qvis habeat per solam traditionem humanam addiscere

quemlibet oportet, sanc quæ puerperis nunquam  
tantum novit omnes per mulieres in mundo fieri.  
non habet probe cognitos, nulla ratione ex iis aliqui  
universalissimam confidere valebit. Nisi admodum  
est ex terminis & motissimis principium aliquod  
quam ex principiis summi etnos & compotis aliquo  
ducere five remotam five proximam. Hoc recte  
mathematicis, quarum hypotheses adeo intellectu facile  
mulus illarum veritatem cernere & evidentiam posse  
di hypotheses nunquam legit, nec deus unquam audire  
las excogitare non valebat. Si igitur tale quid contingit  
His expositis, quantum probabilius est in rebus ab aliis  
Hinc expeditis admodum verisimile est, prima principia  
seu composita & humanae generi tradita vel ab ipso Deo  
bus prorsus divinis, quæ Iesu Christo Adam & alii, qui ex divinitate  
eruditæ, conservata sunt & custodita per traditionem.  
Ius naturale non tantum in principiis prædictis, sed etiam in  
nibus deductis inde maxima parte consistat, quid de illis  
dicendum est. Nam & illa antiqua eagent revelatione  
homini innotescant? Fortè hic extolli & prædicari posse  
lectui connata vis & potentia ratiocinandi. Sed verisimiliter  
Aristoteles ad Nicom. scriptit, in moralibus, non aut agit  
disciplinis certitudo inveniri potest. Qvod inde venia  
libus objectum ferè quodlibet magnam habet latitudinem  
modo illud, modo aliud justum videatur. Qvum ita  
simpler in justum opponi possit, difficulter comprehendi p  
quaq; re justum sit, præterim cum ejus rectam inquisic  
tus inqvirentis, modò mentis humanae imbecillitas,  
opiniones impedian, inde minus falso Aristoteles d  
id, qvod verē justum est, ab eo, qvod tale videtur, a  
benè per pensis necesitas revelationis divina, qvam  
& propugnavit, se ipsum prodat. Fortè aliquis d  
iudicai isthac doctrinā totum Philosophiz prædicta  
pari & Aristotelem & alios Philosophos nihil vi in  
omne illud, qvod ab illis benè traditum est, debe  
stos sit revelationis primaya. At neganda est

illis enim vel in ex  
tam in modo reve  
sint, adeo, ut intel  
sit, tantum per fid  
variis modis illa  
heretico: illa.

institutio  
ius le  
Uta  
Cetera  
acc

mus enim vel in explicationibus articulorum fidei, quod licet illi non tam in modo revelationis, sed & in entitate & substantia supernaturales sint, adeo, ut intellectus humanus per se nulla ratione eos attingere possit, tantum per fidem eos perspici, ut, nihilominus terminus intellectus variis modis illos, postquam semel recte traditi & revelati sunt, contra haereticos illustrare & explanare possit, si tale quid intellectus noster facere valeat in illis rebus abstrusis, quanto magis id facere poterit in rebus naturaliter cognoscibilibus? Quemadmodum nimis arduum est inventis aliquid addere, ita semel recte tradita dextrè exponere, nec nos illustrare magnis ingenii minus est difficile. Sane quod Plato, Aristotle, Pythagoras & alii Philosophi ex doctrina Iudæorum multa addidicerint, observavit Josephus nec non alii.

Cum auctore judicii fateor, quod verba S. Pauli ad Roti. 2. sententiam E. nonnihil suspectam reddant, in versione vulgata ejus verba hæc leguntur: Non auditores legis justi sunt apud DEUM, sed factores. Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: quod ostendit ejus legis scriptum in cordibus suis testimonium illius reddente conscientia ipsorum & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus in die, quo DEUS judicabit occulta hominum. Itaq; qui accuratè perpendit scopum Apostoli, is facilè intelliget illum E. non obloqui. Apostolus in totò illō capite redarguit Iudæos, qui ex traditâ fibi lege scriptâ gentes condemnabant, sentientes, quod gentes, quia nullam haberent legem divinitus datam, & ideo absq; lege peccarent, necessariò essent periturae. At Paulus illos erroris convincere satagit, distinguendo inter *legem natura scriptam & non scriptam*. Afferit igitur S. Paulus, quod licet gentes non habeant legem divinam in papyro vel membranis scriptam, quam Judæi à Mose acceperunt, habeant tamen aeternam illam legem in cordibus suis scriptam, i. e. per revelationem primitus manifestatam toti generi humano: Per traditionem & assiduefactionem propagatam & custoditam apud Gentes omnes. Atque ita Apostolus opponit legem non scriptam Gentilium legi scriptæ Iudæorum, quemadmodum leges Atheniensium scriptæ opponi solent legibus non scriptis Lacedæmoniorum, qui leges suas ex Instituto Lycurgi non tabulis vel codicibus, sed cordibus suis inscriptas, secum congeferabant. Quoniam igitur ait Paulus, tum Iudeis, tum Gentilibus divina est innova-

G 3 tuit,

JURISPRUDENTIA I T 2 1  
tuit, & quidem his mediante traditio  
mediantibus literis & traditione se  
gnoscat istam legem, solum illud c  
occulta hominum, in questionem  
